Ammanitae Israël subiectum tenuerunt annis 18, mundi vero 4201.

Defuncto Iair Galaadite Israël filii criminum rei Ammanitarum servitute sunt oppressi annis 18, iisdemque deo peccata confessis datus est liberator Iephthaë ex tribu Manasse, filius Galaad et mulieris meretricis. Hic voto facto se primum illud animans immolaturum deo, quod e pugna redeunti, reportata a Moabitis hostibus victoria, occurreret, filiam e coniugio solam susceptam et carissimam semper habitam, obviam e domo prodeuntem, aris destinavit, non invitam quidem et mori detrectantem, at obtentis tantummodo duorum mensium induciis de virgineo decore nihil sibi profuturo luctum ducentem.

Iephthaë iudicavit Israël sex annis, anno mundi 4219.

Hic filiis Ephraim, quod eos belli socios non adscivisset, incusantibus bellum intulit et ex ipsis triginta duo millia delevit.

A Mose ad suam aetatem trecentos supputat annos Iephthaë in libro Iudicum, dempto videlicet alienigenarum imperii numero. Id solerter advertendum et ab Eusebii, Iudicum annos alienigenarum imperio connumerantis, nec uniuscuiusque ad scripturae instar proprios annos computantis, errore cavendum.

Ἐσέβων καὶ Ἐσβὰλ ἔκριναν τὸν Ἰσραὴλ ἔτη ζ' μετὰ τὸν Ἰεφθάε. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσκέ'.

Ἐσέβων ὁ Βηθλεεμίτης φυλῆς Ἰούδα, πατὴρ λ' υἱῶν καὶ θυγατέρων λ', ἔκρινε τὸν Ἰσραήλ.

Ἀειλὼν κριτὴς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη ι' μετὰ τὸν Ἐσέβωνα ἐκ φυλῆς Ζαβουλών. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσλβ'. P. 165

Ἄβδὼν κριτὴς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η'. Ἀφρικανὸς ἔτη κ' φησὶν, οὐ καλῶς. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσμβ'.

Ἄβδὼν υἱὸς Σελὴμ, πατὴρ παίδων λ' καὶ ἐκγόνων λ', ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η'. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν παραβὰς ὁ V. 132
Ἰσραὴλ ἀπεδόθη πάλιν τοῖς ἀλλοφύλοις ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσν'.

Ἀλλόφυλοι Φυλιστιαῖοι ἐκράτησαν τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσν'.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου τὰ μ' ἔτη ταῦτα τῶν ἀλλοφύλων τοῖς B
τοῦ Σαμψὼν συναριθμεῖ ἀλόγως καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ κριτῶν ἔτεσι, μὴ στοιχειώσας αὐτὰ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ, μηδὲ τῶν λοιπῶν ἀλλοφύλων, κατά τινα, φησὶν, Ἑβραίων παράδοσιν. προφανῶς δὲ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, ἀντίκειται τῇ γραφῇ.

1 et 3. Ἐσέβων] Ἀβαισσὰν m ex Iudic. XII, 8. 5. Ἀειλὼν] Αἰλὼμ Iudic. 8. ,δσκβ' A. 9. Σελὴμ] Ελιηλ m. λ'] μ' m. ἐκγόνων B. ἐγγόνων G. 13. Φιλισταῖοι G. τοῦ δὲ — ,δσν' add. B.

Abaessan et Esbal iudicaverunt Israël annis 7 post Iephthaë; erant porro a conditu mundi anni 4225.

Abaessan Bethleemites de tribu Iuda, pater filiorum 30 et filiarum 30, iudicavit Israël.

Aelom iudex ex tribu Zabulon iudicavit Israël post Abaessan 10 annis, mundi vero 4232.

Abdon iudex iudicavit Israël annis 8, scribit Africanus 20, verum errauter; mundi vero 4242.

Abdon, filius Ellel, filiorum 40 et nepotum 30 pater, iudicavit Israël annis 8; post illius vero mortem transgressus Israël iterum Allophylis traditus est annis 40, mundi vero 4250.

Allophyli Philistaei egerunt Israël in servitutem annis 40.

Eusebius Pamphili quadraginta Philistaeae servitutis annos, cum Sampson, et eorum qui sequuti sunt, iudicum propriis, absque ratione confusos annumerat, nec illos vel aliorum Allophylorum annos, quandam, inquit, Hebraeorum traditionem amplexus, in tabularum seriem componit; in eo vero, sicut in aliis plerisque, scripturae manifesto contradicit.

Ἀσσυρίων βασιλεῖς.

Ἀσσυρίων μα΄ ἐβασίλευσε Θῶνος ὁ λεγόμενος Κονκόλερος, Ἑλληνιστὶ Σαρδανάπαλλος, ἔτη κ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δχξ΄.

C *Σαρδανάπαλλος Ταρσὸν ἔκτισε καὶ Ἀγχιάλην τὰς πόλεις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.*

Ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία εἰς τὸ καθολικὸν κοσμικὸν ,δχοε΄ ἔτος ἔληξε, διαρκέσασα ἔτη ,αυξ΄ ἀπὸ τοῦ κοσμικοῦ ,γσις΄ ἔτους.

Ἕως τοῦδε τοῦ ,δχοε΄ ἔτους τοῦ κόσμου διαρκέσασα ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία ἐπὶ ,αυξ΄ ἔτη κατελύθη τῷ κ΄ ἔτει τοῦ Σαρδαναπάλλου τοῦ μα΄ βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς παρά τισι Θῶνος Κονκόλερος ὠνομάζετο, περὶ οὗ καὶ ὁ Διόδωρος λέξεσιν αὐταῖς οὕτω γράφει „Σαρδανάπαλλος δὲ τριακοστὸς μὲν καὶ πέμπτος ἀπὸ Νίνου τοῦ συστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν, ἔσχατος δὲ γενό-

D *μενος βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ὑπερῆρεν ἅπαντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ τρυφῇ καὶ ῥᾳθυμίᾳ.” καὶ μετ᾽ ὀλίγα „καὶ τοιοῦτος ὢν τὸν τρόπον οὐ μόνον αὐτὸς αἰσχρῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν ἄρδην ἀνέστρεψε πολυχρονιωτάτην γενομένην τῶν μνημονευομένων. Ἀρβάκης γάρ τις, Μῆδος μὲν τὸ γένος, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διαφέρων, ἐστρατήγει Μήδων τῶν κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐκπεμπομένων εἰς τὴν Νίνον. κατὰ δὲ τὴν*

3. Vulgo *Σαρδανάκαλος* hic et infra. κ΄] *ιε΄* G. 5. *ἔκτισεν* m. Vulgo *ᾤκησεν*. *ᾤκισεν* Scaliger p. 32. 10. *κ΄ ἔτει*] *κ΄ ἔτη* G. *ιε΄ ἔτει* m. 11. *τοῦ μα΄* Bm. *τῷ* G. *ὃς παρά τισιν* m. Vulgo *ὡς παρίστησι. ὅς πέρ τισι* Scaliger. 12. *Διόδωρος*] II, 23. 13. *μὲν* om. G. 14. *τοῦ* om. G. *στησαμένου* G. 16. *τὸν* add. B. 21. *τῶν*] *καὶ* G. *νίνον* B. *Νινον* G.

Assyriorum reges.

Assyriorum rex 41 Thonus, dictus Concolerus, Graece Sardanapalus, annis 15, mundi vero 4660.

Sardanapalus Tarsum et Anchialen urbes uno die construxit.

Assyriorum regnum annis 1460 stans, a mundi nimirum vulgari anno 3216 ad annum 4675 finem sortitur.

Ad hunc usque 4675 mundi annum Assyriorum regnum annis 1460 stabilitum, 15 Sardanapali anno, qui fuit Assyriorum rex 41, et a nonnullis Thonus Concolerus vocatus, eversum est; de quo Diodorus haec ad verbum scribit: „Sardanapalus, a Nino primo imperii fundatore tricesimus quintus ac postremus Assyriorum princeps, maiores omnes luxuria vitaeque socordia superavit.” Et paucis interiectis, „pravis huiusmodi moribus infectus non foedo solum exitu finivit vitam, sed et Assyriorum imperium cunctorum memoria vetustissimum funditus evertit. Arbaces enim quidam genere Medus, viribus et animi celsitudine praeclarus, Medorum copiis per singulos annos Niniven missis praefectus, ob rei bellicae societatem Babylonio-

στρατείαν γενόμενος συνήθης τῷ στρατηγῷ τῶν Βαβυλωνίων ὑπ' ἐκείνου παρεκλήθη καταλῦσαι τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν." ταῦτα ὁ Διόδωρος περὶ τῆς Σαρδαναπάλλου καταστροφῆς, καὶ ὅτι λέ' ἀπὸ Νίνου γέγονε βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ὃν πρῶτον εἶναι βασιλέα τῶν αὐτῶν Ἀσσυρίων προλαβὼν ἀνωτέρω ἔφη οὕτως P. 166 „τὸ παλαιὸν τοίνυν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πράξεις ἐπίσημοι οὔτε ὀνόματα μνημονεύεται. πρῶτος δὲ τῶν ἱστορίᾳ καὶ μνήμῃ παραδεδομένος Νίνος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων μεγάλας πράξεις ἐπετελέσατο." καὶ μεθ' ἕτερα „μετὰ δὲ ταῦτα γεννήσας ἐκ Σεμιράμιδος υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. τὸν δὲ Νίνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις." καὶ ἐπάγει „αὕτη μὲν οὖν βασιλεύσασα τῆς Ἀσίας ἁπάσης πλὴν Ἰνδῶν ἐτελεύτησε τὸν προειρημένον τρόπον, βιώσασα μὲν ἔτη ξβ', βασιλεύσασα δὲ δύο πρὸς τοῖς μ'." καὶ B μεθ' ἕτερα „παραπλησίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενοι τὴν ἀρχὴν ἐβασίλευσαν ἐπὶ γενεὰς μέ' μέχρι Σαρδαναπάλλου. ἐπὶ τούτου γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν ,α' καὶ τ', καθάπερ φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν τῇ β' βίβλῳ. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν V. 133 βασιλέων καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν οὐ κατεπείγει γράφειν, διὰ τὸ

1. στρατείαν] Vulgo στρατηγίαν. στρατηγείαν B. Correxi ex Diodoro. 4. ὃν Scaliger. Vulgo ὧν. 5. τὸν αὐτὸν G. ἀνωτέρω] Cap. 1. Conf. Eusebium I, 14. p. 37. οὕτως B. οὕτος G. 6. παλαιὸν] πάλαι G. 8. παραδιδομένων AB. τῶν om. B. 9. ἀπετέλεσεν B. μεθ' ἕτερα] Cap. 7. 12. τοῖς om. G. 15. δὲ καὶ] καὶ om. G. παῖς B. παῖδες G. 16. μέ'] λ' ἐβασίλευσαν Diodorus cap. 21. 20. βασιλειῶν B. οὐκ ἐπεγεγράφει G.

rum duci coniunctus, eius hortatibus ac monitis Assyriorum exstinxit imperium." Haec de infelici Sardanapali a Nino regis Assyriorum quinti supra tricesimum exitu Diodorus. Ninum autem memoratorum Assyriorum primum regem extitisse, auctor idem in superioribus hoc pacto declarat: „olim quidem in Asia ex indigenis creabantur reges, quorum gesta vel nomina nulla hominum memoria celebrat. Primus autem quorum historiae vel hominum notitiae fama commendata est, fuit Ninus Assyriorum rex memorandorum facinorum auctor." Et aliis interiectis, „filio Ninya ex Semiramide suscepto, regnique habenis uxori commendatis, occubuit. Semiramis in regia Nino tumulum posuit." Ad haec infert: „haec itaque cum universae Asiae, demptis Indis, imperasset, modo praefato morte sublata est, vitae quidem annum agens 62, imperii vero secundum supra quadragesimum." Et post nonnulla, „in hunc ferme modum reliqui reges decessorum haeredes, suscepto a patribus regno, ad capita 35, hoc est, ad Sardanapalum, potestatem sunt adepti; eius enim temporibus Assyriorum imperium quod a primo exortu plus quam per annos mille et trecentos steterat, ad Medos postremo translatum est, ut sentit etiam Ctesias Cnidius libro secundo. Regum vero nomina vel eorum numerum, quod nihil ipsis

μηδὲν ἐπ' αὐτῶν πεπρᾶχθαι μνήμης ἄξιον. μόνη γὰρ τέτευχεν ἀναγραφῆς ἡ πεμφθεῖσα συμμαχία τοῖς Τρωσὶν ὑπὸ Ἀσσυρίων, ἧς ἐστρατήγει Μέμνων ὁ Τιθωνοῦ. Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος C τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν κς' ἀπὸ Νίνου τοῦ Σεμιράμιδος, φασὶ τοὺς μετὰ Ἀγαμέμνονος Ἕλληνας ἐπὶ Τροίαν στρατεῦσαι τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων τῆς Ἀσίας Ἀσσυρίων ἔτη πλείω τῶν χιλίων."

Ταῦτα ὁ Διόδωρος ἡμῖν παραδίδωσι μηδ' οὕτω θαρρήσας ἀποφήνασθαι τὸν τῶν βασιλέων ἀριθμὸν ἢ χρόνου τὴν ἀκριβῆ ποσότητα προσηγορίας τε αὐτῶν καὶ ἐπί τινος ἢ κατὰ Τροίας τῶν Ἀχαιῶν ἔφοδος γέγονεν, ἀλλὰ πάντα φειδόμενος διὰ τὸ τῶν παλαιοτέρων αὐτοῦ ἱστορικῶν ἀσύμφωνον, μόνον δ' ὅτι πλείω τῶν D ͵αʹ ἐτῶν ὁ χρόνος τῶν ἀπὸ Νίνου λεʹ βασιλέων ἐστὶν ἀπεφήκατο· καὶ ὅτι τὴν Τροίας ἅλωσιν ἐπὶ τοῦ κς' ἀπὸ Νίνου βασιλεύσαντος Ἀσσυρίων Ταυτάνου φασὶ γενέσθαι μετὰ ͵αʹ ἔτη πλείω, ἄλλοις ἐπιγράφων τὰ λεγόμενα, ὡς μὴ πάντη συντιθέμενος. ὁ γὰρ Ταυτάνου χρόνος τῷ ϡμβ' ἔτει συντρέχει τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς, κζ' λογιζομένου Ταυτάνου ἀπὸ Βήλου. εἰ γὰρ τὰ Βήλου νε' ἔτη ἀφέλωμεν ἐκ τῶν ϡμβ', πολλοῖς ἔτεσι κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἐλαττωθήσεται ἐκ τῶν ͵αʹ πλείω χρόνων ἢ μετὰ ͵αʹ πλείω κατὰ

1. τέτευχεν B. τέτυχε G. 3. Ταυτάνου] Τευτάμου Diodorus. 4. ὃς ἦν κς' ἀπὸ m. ἦν ἀπὸ κς' G. 6. ἔτη ex Diodoro additum. 14. ταυτάνου B. ταῦτά μοι G. φασὶ] φησὶ G. πλείω] ἢ πλείω m. 16 et 18. ϡμβ'] ϡθ' m. 17. κζ' B. κ' καὶ ἑπτὰ A. κ' καὶ ζ' G.

dignum memoria sit actum, colligere non studuit; sola namque Assyriorum auxilia ad Troiam missa, quorum dux fuit Memnon Tithoni filius, scriptis celebrantur. Teutamo enim in Asia regnante, qui vigesimus sextus est a Ninya Semiramidis filio, Graecos, imperatore Agamemnone, bello Troiam obsedisse ferunt; cum plus mille annis Assyrii imperium Asiae iam tenuissent."

Haec Diodorus, neque regum numerum aut aetatis cuiusque durationem vel etiam, quibus nuncupabantur, nomina, vel sub quo imperatore Graecorum in Troiam suscepta profectio, describere confisus, ad nos transmisit. Priscorum autem Historicorum ad invicem dissensus, ut parce et ieiune litteris haec mandaret, causa fuit. Quare quod a Nino per regum quinque supra triginta aetates sequutum est spatium annos mille et trecentos exsuperare, unaque simul, quae sub Assyriorum principe sexto supra vicesimum Nino posteriore Troiana clades accidit, post mille et amplius annos visam, demonstrasse eidem fuit satis. Ac ne rerum omni ex parte fictarum narrationes instituisse crimen ferat, ex relatis a se plurima, sibimet non constans, aliis gaudet adscribere. Tautani namque tempus, (Tautane videlicet sede 27 post Belum locato), in Assyriorum principatus annum 909 incidere reperitur. Insuper ex 909 illis, si proprios Beli annos 55 subduxerimus, tantum abest, ut iuxta Diodorum ad verum usque Troianae calamitatis terminum annos mille et amplius superesse quis credat,

Διόδωρον καὶ τὴν ἁλωσιν Τροίας. καλῶς ἄρα ἡμῖν P. 167
ἐστοιχείωται καὶ τοῖς ἐκθεμένοις ἐγγύς που τοῦ ,αρ' ἔτους τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς κατὰ τὸ ,δτκθ' ἔτος τοῦ κόσμου ἡ Τροίας ἅλωσις, ἐπὶ τοῦ λβ' βασιλέως Ἀσσυρίων Βαβίου, ἐπὶ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως ιβ' βασιλέως Ἀθηναίων, οἷς κατηκολουθήσαμεν.

Ὅτι δὲ ἀσυμφώνως οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορικοὶ γεγράφασι περὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν βασιλέων τούτων παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν, οὕτω φάσκων „ἄρχομαι γράφειν ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίης ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεύς. τὸ B
παλαιὸν τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσαν Ἀσσύριοι, τῶν δὲ ὁ Βήλου Νίνος." εἶτ' ἐπάγει γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου μάγου ἔτει νβ' τῆς Νίνου βασιλείας. μεθ' ὃν Βαβυλῶνα, φησὶν, ἡ Σεμίραμις ἐτείχισε τρόπον ὡς πολλοῖσι λέλεκται, Κτησίᾳ, Ζήνωνι, Ἡροδότῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτούς. στρατείην τε αὐτῆς κατὰ τῶν Ἰνδῶν καὶ ἧτταν καὶ ὅτι τοὺς ἰδίους ἀνεῖλεν υἱοὺς καὶ ὑπὸ Νίνου τῶν παίδων ἑνὸς ἀνῃρέθη τοῦ διαδεξαμένου τὴν ἀρχήν." καὶ μεθ' ἕτερα „καὶ τῶν λοιπῶν εἷς ,α' ἐτῶν ἀριθμὸν ἦρχον, παῖς C
παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν καὶ ἔχων ἧττον αὐτῶν οὐδὲ

2. ἐγγύπου B. 5. ἀθηναίων B. Αθηναίου G. 10. Vulgo Κτησίας. τησίης B. Αλικαρνασσεὺς G. 11. οἱ Ασσύριοι G. τῶν Scaliger p. 32. Vulgo τόν. 12. ζωροαστρουβάτου A. ζοροαστρουβάτου B. Ζωροάστρου βάτου G. Ζωροάστρου μάγου Scaliger. Conf. Eusebium p. 41. ἔτει Scaliger. Vulgo ἔτη τε. 13. ὃν Scaliger. Vulgo ὧν. 15. στρατίειν B. αὐτῆς Scaliger. αὐτοὺς G. 17. καὶ μεθ' ἕτερα] καὶ μεθέται B. 19. ἧττον] ἧτταν Scaliger.

quin ex opposito summam mille longe minorem emergere persentiet. Solerter igitur nobis et quos sequuti sumus, expositoribus, Troianam cladem illam circa millesimum et centesimum Assyriorum imperii, ab orbe vero condito anno 4329, Babio nimirum eorum rege 32 imperante, sub Athemiensium rege 12 Demophonte, accidisse statutum est.

Caeterum quam absurde de temporibus et regibus istis Graecorum Historici scripserint, praeclarus alter scriptor, ac non unus e turba, Cephalion nobis declaret, hoc pacto dicens: „res illas, de quibus memoriam egerunt alii, atque in primis Hellanicus Lesbius et Ctesias Cnidius ac deinde Herodotus ex Halicarnasso scribere aggredior. Olim quidem in Asia regnaverunt Assyrii; his Ninus Beli filius imperavit." Tum Semiramidis et Zoroastri magi natalia subiungit et Nini regnantis annos 52 percenset. Mox quibus artibus Babylonem Semiramis moenibus instauravit, quod a plerisque, Ctesia maxime, Zenone, Herodoto, nec non aliis eorumdem in scribendo posteris enarratum est, deinde susceptam adversus Indos expeditionem, et ab eis cladem acceptam, propriorum quoque eius filiorum caedem et ut tandem ab illorum quopiam neci tradita est, fusius explanat. Et nonnullis interpositis: „reliqui cuncti ad annorum usque mille spatium tenuerunt imperium, singulis videlicet filiis haeredum iure paternum solium

εἰς ἐτελεύτησεν ἐτῶν κ'. τὸ γὰρ ἀπόλεμόν τε καὶ ἀφιλοκίνδυνον καὶ γυναικῶδες αὐτοῖς ἦν ἀσφαλές. ἔνδον γὰρ ἔμενον οὐδέ τι αὐτοῖς ὧν ἔργον ἐπρήσσετο, οὐδὲ ἑώρα τις αὐτοὺς πλὴν αἵ τε παλλακίδες καὶ τῶν ἀνδρῶν οἱ γυναικώδεις. τοὺς δὲ βασιλεῖς τούσδε εἴ τις εἰδῆσαι βούλεται, Κτησίης ἐστὶν ὃ λέγων ὀνόματα αὐτῶν κ', οἶμαι, καὶ γ'. ἐμοὶ δὲ ἡ γραφὴ τί τερπνὸν ἢ τί χάριεν ἤμελλεν ἕξειν, ὀνομακλήδην ἄνευ πράξεων βαρβάρους φωνέοντι τυράννους δειλοὺς καὶ μαλακούς;" πρὸς οἷς ἐπάγει τὰ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτῶν „ἐτέων δὲ ὄντων ἀπὸ Νίνου τεσσαράκοντά που καὶ χ' Βέλιμος ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων. καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς τὴν χώρην αὐτοῦ, ναῦς ἄγων ρ'. ἔφευγε δὲ Περσεὺς Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα." καὶ μετέπειτα „ὑστέρῃ δὲ γενεῇ κατὰ Πανύαν ἄρχοντα ὃ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν ἐπί τε Φᾶσιν καὶ Μηδείην τὴν Κολχίδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεὼς διὰ τὸν ἔρωτα τὸν Ὕλα λέγουσι περὶ τοὺς Καππαδόκας ἀληθῆναι." καὶ αὖθις „α' δὲ ἐτῶν ἀπὸ Σεμιράμεως εἰς Μήτραιον βασιλέα ἂν ἀριθμοῖ τὸ περιτελλόμενον. Μήδεια Κολχὶς

1. ἐτελεύτησεν delet Maius ad Eusebium p. 42. 2. καὶ γυν— B. Aberat καί. ἦν αὐτοῖς ἀσφαλὲς G. 3. ὧν ἔργον Scaliger. ἦν ἔργον G. ἦν ἔργον ὃ m. ἓν ἔργον Maius. 5. κτησίης AB. Κτησίας G. 7. ὀνομακλήδην Scaliger. ὄνομα κλήδην G. βαρβάρους] Legebatur βαρβάρῳ. 8. μαλακούς] Delevi quae addebantur βαρβάρους οὖς, post quae G lacunae signa posuit, quae nulla sunt in AB. Apud Eusebium additur *et prope sylvestrium*. 9. ἐτέων] ἐτέον B. ἑτέρων A. 11. χώρην B. χώραν G. ἔφυγε G. τὸν Διόνυσον τὸν G. 13. Vulgo Πανίαν. ἀργοναύτων A. ἄργων αὐτῶν B. Hoc est Ἀργοναυτῶν. ἐπί τε] ἐπεί τε AB. 14. Vulgo Μηδέην. 15. τὸν ἔρωτα τὸν] τὸν ἔρωτα τῶν G. τὸν ἔρωτα τοῦ Scaliger. Ὕλα Scaliger. υλα' G. 17. Post περιτελλόμενον lacunam indicat G.

adeuntibus et ab avita nobilitate successive deficientibus, adeo ut vicennalis obiret nullus. A belli siquidem tumultu quies, a periculis immunitas, muliebrisque, qua foedabantur, indoles asylus erat illis tutissimus. Ad haec in aedium secretiore penetrali versari solitis laude dignum opus nullum gerebatur, nec ulli, nisi pellicibus aut eviratis eunuchis videndi se copiam faciebant. Reges porro huiusmodi recenseri sibi desideranti Ctesias, reor, singulorum 23 nomina enumerabit. Hoc meum quippe opus quid gratum aut iucundum exhiberet absque praeclari alicuius gesti memoria nuda prorsus nomina sigillatim et rustice inclamans et timidos ac molles tyrannos nuncupans?" — His quae ad annos ipsos spectant adiungit: „annorum circiter 600 et 40 post Ninum elapso spatio Belimus tandem Assyriorum imperium adeptus est. Mox Perseus, Danaes filius, naves secum agens centum et Bacchum Semeles filium fugiens eius regnum invasit." Ad haec: „postrema, inquit, aetate, sub Paniae nimirum principis imperio Argonautarum classis enavigavit; tuncque demum Medeam Colcho natam, nec non Herculem Hylae cupidine tractum, nave sociisque relictis, circa Cappadociam errasse memorant." Et iterum: „a Semiramide vero ad Metraeum usque regem si quispiam annorum mille spatium numeravit. —

ἀνεχώρησεν Αἰγέως, ἧς υἱὸς Μῆδος, ἐξ οὗ Μῆδοι καὶ ἡ χώρα ἐκλήθη Μήδεια." εἶτά φησι „Μητραίου δὲ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται Ταύτανος ζῶν καὶ αὐτὸς κατὰ ἔθη τὰ Ἀσσυρίων καὶ νόμους. καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγένετο οὐδὲ ἐπὶ τούτου καινὸν ἔργον. Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος οἱ Μυκηναῖοι ἐστρατεύσαντο σὺν Ἀργείοισι καὶ τοῖσι ἄλλοισιν Ἀχαιοῖς εἰς Ἴλιον πόλιν τῆς Πριάμου τοῦ Φρυγὸς στρατηγίης."

Ἕως τούτων ἀρκεῖν ἡγησάμεθα τὴν ἐκ τῶν Κεφαλίωνος γρα- B φῶν πρὸς τὸν Διόδωρον διαφωνίαν παραθέσθαι τοῖς ἀκριβῶς ἐπιστῆσαι βουλομένοις. ὁ μὲν γὰρ λέ βασιλεῖς ἀπὸ Νίνου καὶ αὐτοὺς ἐξέθετο καὶ τὴν ἅλωσιν Τροίας μετὰ ,α' ἔτη πλείω φησὶν, ὡς τινὲς, ἐπὶ κϛ' βασιλέως Ἀσσυρίων Ταυτάνου· ὁ δὲ τοὺς πάντας κγ' ἀπὸ Βήλου καὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν καὶ μετὰ ταῦτα ,α' ἔτη· ὅπερ ἀδύνατον. ἵνα γὰρ κβ' ἀπὸ Βήλου τις ὑπολάβοι τὸν Ταύτανον πρὸ τοῦ ἐσχάτου Σαρδαναπάλλου, καὶ οὕτω πολλοῖς ἐλαττωθήσεται χρόνοις ὁ Κεφαλίων πρὸς τὸν Διόδωρον. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐξ ἁπάντων τὸ ἄτοπον ἐνὶ τῶν ἀμφοτέρων συνάγεται, ἵνα μὴ λέγω καὶ τοῖς δυσὶ, διὰ τὸ μᾶλλον τὸν Διόδωρον τῇ ἀληθείᾳ C προσεγγίζειν, πλείω τῶν ,μτ' εἰρηκότα τὸν ὅλον τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς χρόνον καὶ αὐτὸν ἀπὸ Νίνου ἕως Σαρδαναπάλλου.

Ὁ μέντοι Εὐσέβιος καίπερ πραγματείαν οὐ τὴν τυχοῦσαν

1. ἀνεχώρισεν G. 2. μήδεια AB. Μηδεία G. 3. ζῶν] ζ' G. 8. τούτου G. 11. αὐτοὺς] αὐτὸς G. 13. καὶ μετὰ B. καὶ om. G. 14. τις om. G. 15. Post Σαρδαναπάλλου lacunam indicat G.

Medea Colchis Aegeo discessit. Medus, a quo Medi et regio Media, eius filius fuit." Ait deinde: „Metraei regno successit Tantanus ordine 22 iuxta consuetudinem et leges ab Assyriis usitatas rex acceptus; his quod addatur, nullum opus susceptum, neque novum aliquod eius aetate legitur editum. Caeterum Agamemnon et Menelaus Mycenaei Argivis aliisque Graecis comitibus in Ilium Priami Phrygis militarem arcem bellum movit."

Hucusque scripta Cephalionis a Diodori dictis dissensum accuratius nosse cupientibus sufficere putavimus. Hic enim regibus a Nino triginta quinque recensitis, Troianum excidium post annos mille et amplius, (in quo nonnullis aliis assentitur), sub Tautano videlicet Assyriorum principe 26 contigisse affirmat; ille vero a Beli exordiis spatium omne, etiam eo, quod Troiae cladem sequutum est, incluso, annis mille duntaxat, quod a ratione penitus alienum est, sub regibus solis 23 metitur. Tautanum quippe regem secundum et vicesimum a Belo numeraturus ante Sardanapalum Assyriis postremo imperantem locandum aestimavit, — atque ita Cephalion Diodoro compositus annis pluribus minor comperitur, et ut summatim dicam, amborum alteri., ne dicam utrique, (Diodorus enim concessis a Nino usque ad Sardanapalum Assyriorum regno annis supra 1300 magis ad veritatem accedit), aliquid absurdi colligitur.

Eusebius sane variam licet rerum notitiam velut pretiosam suppellecti-

Αἰγυπτίων νζ' ἐβασίλευσεν Ἀμενδῆς ἔτη κζ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσϟβ'.

D *Αἰγυπτίων νη' ἐβασίλευσε Θούωρις ἔτη ν'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτιϑ'.*

Οὗτός ἐστιν ὁ παρ' Ὁμήρῳ Πόλυβος Ἀλκάνδρας ἀνὴρ ἐν Ὀδυσσείᾳ φερόμενος, παρ' ᾧ φησι τὸν Μενέλαον σὺν τῇ Ἑλένῃ μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας κατῆχθαι πλανώμενον.

Αἰγυπτίων νϑ' ἐβασίλευσεν Ἄθωθις, ὁ καὶ Φουσανὸς, ἐφ' οὗ σεισμοὶ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐγένοντο, μηδέπω γεγονότες ἐν αὐτῇ πρὸ τούτου, ἔτη κη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτξϑ'.

P. 170 *Αἰγυπτίων ξ' ἐβασίλευσε Κενκένης ἔτη λϑ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτλζ'.*

Αἰγυπτίων ξα' ἐβασίλευσεν Οὐεννέφης ἔτη μβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δυλς'.

Ἀργείων βασιλεῖς.

Ἀργείων ιζ' ἐβασίλευσεν Ἀγαμέμνων ἔτη ιϑ'. κατὰ τοὺς ἄλλους ἔτη λε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτιβ'.

Τῷ ϑ' ἔτει Ἀγαμέμνονος ὁ κατὰ τῆς Τροίας ἤρξατο πόλεμος διὰ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πριάμου βασιλέως Ἰλίου, καὶ διήρκεσεν ἔτη ι' ἕως ἁλώσεως Ἰλίου, V. 136 *ἥτις τῷ ὑποκειμένῳ ιζ' ἔτει Ἀγαμέμνονος γέγονεν.*

Ἀγαμέμνονος Ἀργείων καὶ Μυκηνῶν βασιλεύοντος, Μενε-

1. ἀμενδὴς B. ἀμεδῆς A. Ἀμεδὴς G. 3. Θούωρης AB. 5. ὁ om. G. Πόλυβος] Vulgo Πολύβους. ἄλκανδρος AB. 8. ἐφ' B. ἀφ' G. 13. οὐέννεφις B. μβ'] λβ' B. 14. δυλς' Bm. δτλς' G. 16. ιϑ'] ιϑ' m. 18. ϑ'] ϑ' m. Τροίας] Vulgo Τροίης. 21. ἥτις B. εἴ τι G. ιζ'] ιϑ' m.

Aegyptiorum rex 57 Amedes annis 27, mundi vero 4292.

Aegyptiorum rex 58 Thuoris annis 50, mundi vero 4319.

Hic est Polybus, Alcandrae coniux, Homeri Odyssea celebratus, ad quem, ait, Menelaus diruta Troia vagus et errans cum Helena divertit.

Aegyptiorum rex 59 Athothis, qui et Phusanus, sub quo terrae motus per Aegyptum ad id usque temporis nondum editi contigerunt, annis 28. mundi erat annus 4369.

Aegyptiorum rex 60 Cencenes annis 39, mundi vero 4397.

Aegyptiorum rex 61 Vennephes annis 42, mundi vero 4436.

Argivorum reges.

Argivorum rex 17 Agamemnon anais 19, secundum alios 35, mundi vero 4812.

Anno Agamemnonis nono, rapta ab Alexandro Paride, Priami regis Ilii filio, Helena, bellum adversus Troiam initum per annos decem usque ad Ilii excidium, ad sequentem videlicet Agamemnonis annum 19, productum est.

Agamemnone Argivis et Mycenis imperante, Lacedaemonii autem eius

λάου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Λακεδαιμονίων, Πρίαμος υἱὸς Λαομέδοντος τῆς Τροίας καὶ Ἰλίου ἐβασίλευσε. τούτου τοῦ Πριάμου παῖς Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Πάρις εἰς Πελοπόννησον ἐλθὼν θῦσαι τοῖς αὐτόθι δαίμοσι ξεναγωγεῖται παρὰ Μενελάῳ ἐν Λακεδαιμονίᾳ. Μενελάῳ δὲ ἦν γυνή τις Ἑλένη σφόδρα περικαλλής. ταύτης ἐρασθεὶς Ἀλέξανδρος καὶ μοιχεύσας ἥρπασε· καὶ ἀποπλεύσας εἰς C Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἄκων ἐκρίπτεται. ξενισθεὶς δὲ καὶ παρὰ τῶν Σιδωνίων βασιλεῖ ἐπιβουλεύει αὐτῷ καὶ πολλὰ χρήματα καὶ ἐσθῆτα κομισάμενος ἀπὸ Σιδῶνος, μεθ' ὧν ἐκεκλύφει σὺν Ἑλένῃ, καὶ ἀπὸ Λακεδαίμονος ὡς ἀριστεύσας ἐπάνεισιν εἰς Τροίαν παρὰ τῷ πατρὶ Πριάμῳ. Ἀγαμέμνων δὲ καὶ Μενέλαος πρὸς Πρίαμον καὶ τοὺς υἱοὺς πρεσβευσάμενοι διαφόρως περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου εἰς αὐτοὺς ἐπιβουλῆς διά τε Ὀδυσσέως καὶ Διομήδους καὶ αὐτοῦ Μενελάου, ἐπεὶ μηδὲν ἤνυον, καίπερ τῶν περὶ Πρίαμον δημιαγωγῶν πρεσβυτέρων συμβουλευόντων, ἐν οἷς ἦρχεν Ἀντήνωρ, ἀποδοθῆναι τὴν Ἑλένην, πόλεμον αἴρονται κατὰ τῆς Τροίας καὶ Πριάμου δεινὸν ἔτεσι ι' κροτηθέντα· κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ D δέκατον ἁλούσης Ἰλίου καὶ Πριάμου καὶ τῶν τέκνων τοῖς Ἕλλησιν. ἦν δὲ τῶν ἐξ Ἀδὰμ ,δτλ' ἔτος. ἀπὸ δὲ τῆς Ἀβραὰμ γενέσεως καὶ μγ' ἔτους τῆς Νίνου τοῦ δευτέρου βασιλέως Ἀσσυρίων βασιλείας ἔτη συνάγεται ,αιη'. ἀπὸ δὲ Μωϋσέως γενέσεως, ἥτις ἦν κατὰ μς' ἔτος Ἰνάχου τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀργείων, κόσμου δὲ

3. πελοπόνησον B. 5. δὲ add. B. ταύτης] Vulgo ταύτην. ταύτῃ B. 6. Vulgo ἥρπαξεν. 9. ἐκεκλόφη B. 10. ὡς add. B. 17. καὶ] τοῦ G. 19. γενήσεως G. 21. μωυσέως B. Μωσέως G. 22. κατὰ B. κατά τε G.

fratre Menelao, Priamus, Laomedontis filius, Troiae et Ilii regnum tenebat. Huius filius Alexander, qui etiam Paris, sacrorum diis tutelaribus faciendorum nomine in Peloponnesum profectus, apud Menelaum in Lacedaemonia hospitio excipitur. Menelao uxor fuit forma non vulgari, quam adamavit Alexander, et adulterio stupratam rapuit; tum mari patriam repetens, ventorum ad oram Phoeniciae Sidonisque invitus eiicitur. Hic Sidoniorum regi, cuius humanitate et hospitio usus fuerat, insidias molitur, et eius thesauris, veste pretiosa, copiosaque suppellectile Sidone furto exportatis, una cum iis, quae rapta Lacedaemone Helena detulerat, quasi facinoribus praeclare gestis ovans, ad Priamum patrem Troiam revertitur. Agamemnon et Menelaus de illatis ab Alexandro iniuriis per legatos Ulyssem, Diomedem et Menelaum ipsum frequentius et varie conquesti, nihil se proficere, nec seniorum reipublicae Troianae, quorum unus erat Antenor, consilium de reddenda Helena probari contemplati, grave bellum adversus Troiam et Priamum ad annos decem protrahendum suscipiunt; et ineunte decimo, Ilium, Priamus et eius filii a Graecis capti sunt, anno ab Adam creato 4330. A natali porro Abrahae die et Nini Assyriorum regis secundi anno 43, alii colliguntur 1018. A Mosis item exortu, qui Inachi regis Argivorum primi anno 46 illuxit, mundi vero 3737,

κατὰ τὸ ,ψλη', ἔτη συνάγεται φϟβ' ἐπὶ τὴν Τροίας ἅλωσιν, εἰ καὶ Εὐσεβίῳ οὐ δοκεῖ διαμαρτάνοντι σις' ἔτεσι κατάλειψιν.

Μυκηνῶν Ἀργείων ιη' ἐβασίλευσεν Αἴγισθος ἔτη ε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτλ'.

P. 171 Μυκηνῶν Ἀργείων ιθ' ἐβασίλευσεν Ὀρέστης ἔτη κγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτλε'.

Ὀρέστης Πύρρον τὸν Ἀχιλλέως ἀναιρεῖ ἐν Δελφοῖς εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν προδοθέντα ὑπὸ Μαχαιρέως τοῦ ἱερέως· καὶ οἱ Ἕκτορος παῖδες τὸ Ἴλιον ἀνεκτήσαντο τοὺς Ἀντηνορίδας ἐκβαλόντες Ἑλένου γνώμῃ.

Μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας.
Λατίνων βασιλεῖς.

B Πολλῆς διαφωνίας γενομένης παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς μὲν ἰσχάτως μετὰ Ῥωμύλον βασιλείας ὀνομασθείσης ἀπ' αὐτοῦ, πρὸ αὐτοῦ δὲ Λατίνων, ἀπὸ Λατίνου τοῦ βασιλεύσαντος πρὸ Αἰνείου κατὰ τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους, τὸν αὐτὸν πρὸ αὐτοῦ καλούμενον Ἄλβανον, ἀπὸ Ἀλβάνου Κρόνου τοῦ πάντων κατὰ τὴν Ἰταλίαν βασιλέων πρώτου λεγομένου, παρέλκον ἡγούμεθα κανονικῇ θεωρίᾳ τὰς τούτων παραθέσθαι χρήσεις, τοῦτο μόνον σημαίνοντες ὅτι πρὸ Αἰνείου α' φασὶ Πεῖκον υἱὸν

1. ,ψλζ' m. φϟγ' m. 2. σις'] τια' m. ἔτεσι] ἔτη G. κατάλειψιν B. καταλείπειν G. 6. ,δτλε' Bm. ,δτλθ' G. 7. πύρον A. τὸν] τοῦ G. 8. Alterum τοῦ om. G. 12. λατείνων B, quae constans in hoc codice scriptura est. 13. γεναμένης AB. 14. Ῥωμύλον G. 15. ἀπ'] ὑπ' G. 16. καὶ τὸν αὐτὸν m. 17. τοῦ Ἀλβάνου G. τοῦ] τῶν G. 20. Πῆκον G.

ad dirutae Troiae terminum anni numerantur 593, quamquam Eusebius annis 311 omissis peccans sententiam huiusmodi non admittat.

Mycenarum et Argivorum rex 18 Aegisthus annis 5, mundi vero 4330.

Mycenarum et Argivorum rex 19 Orestes annis 23, mundi vero 4335.

Pyrrhum, Achillis filium, a Machaereo sacerdote proditum Delphis in templo Apollinis Orestes interficit. Hectoris posteri, Antenoridis Heleni consilio post captam Troiam eiectis, Ilium restaurarunt.

Latinorum reges.

Vario sententiarum conflictu a multis hucusque certatum est de Romani imperii origine, (quod demum a Romuli temporibus ab ipso nomen sortitum, Latinorum regnum prius habebatur a Latino Troianis calamitatibus aequali et Aeneae in ipso Latinorum regno praecessore, quo paulo antiquior fuit etiam Albanus, ab Albano Saturno regum omnium per Italiam primo ita dictus), diversorum eam ob rem dicta scriptorum in medium proferre temporis et annorum rationi consonum et accommodum fore duximus, hoc uno praemisso, Picum Saturni filium temporibus Aenea superio-

Κρόνου βασιλεῦσαι χώρας Λαυρέντου λζ'. εἶναι δὲ τὴν χώραν ἕως τῆς νυνὶ Ῥώμης πόλεως, μεθ' ὃν Φαῦνον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πείκου τοῦ καὶ Διὸς ἔτη μδ'. τοῦτον δέ φασί τινες Ἑρμῆν, καθ' C
ὃν Ἡρακλῆς ἀπὸ Σπανίας ἐπανελθὼν ἐν φόρῳ τῷ λεγομένῳ V. 137
βοαρίῳ βωμὸν ἤγειρε, διότι ἀνεῖλε Κάκος τὸν Ἡφαίστου υἱόν· ὡς δέ τισιν ἔδοξε, καὶ ἐβασίλευσε μετὰ Φαῦνον ἔτη λε' ὁ Ἡρακλῆς. ἔπειτα Λατῖνος ἔτη λς'. τούτου κατὰ τὸ λγ' ἔτος Αἰνείας ἐξ Ἰλίου παραγενόμενος σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ ὅπλοις καὶ πλούτῳ παρεσκευασμένος, συμμαχήσας τε αὐτῷ Λατίνῳ κατὰ Ῥουτούλων καὶ Τοῦρνον ἀνελὼν Λαβινίᾳ ζεύγνυται Λατίνου θυγατρὶ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεύει τῆς χώρας μετὰ τὸν Λατῖνον ἔτη γ', κτίσας πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς Λαβινίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐβασίλευσε. τινὲς ἔτη η' φασὶ τὸν Αἰνείαν βασιλεῦσαι Λατίνων, ἔτη D
δ' μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας, ἕτεροι δὲ τρία μόνα βασιλεῦσαι ἀπὸ τοῦ θ' ἔτους μετὰ τὴν αὐτὴν ἅλωσιν, ὥστε αὐτὸν κατὰ τὸ ιβ' ἔτος αὐτῆς ἀποθανεῖν. ὅπως δὲ εἰς Ἰταλίαν ἐλθὼν ἐκράτησε Λατίνων καὶ περὶ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλευσάντων ιβ' βασιλέων ἐν ἔτει υ' ἕως Ῥωμύλου τοῦ κτίστου Ῥώμης, εὑρήσεις ἐν τοῖς κατὰ Ῥωμύλον χρόνοις.

Αἰνείας μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας Λατίνων ἐβασίλευσεν ἔτη γ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτμ'.

1. λαβρέντου AB. 5. Κάκος m. Κακῶς G. 7. λγ' ἔτος] τρίτον G. 8. σὺν τοῖς — παρεσκευασμένος om. G. 9. Ρουτούλων m. Ρούτουλον G. 10. Λαβανίᾳ et infra Λαβηνίαν G. Correctum ex B. 11. τὸν om. G. 13. ἄλλοι ἔτη δ' m. 20. γ' B. κγ' G.

ribus Laurentis regionis obtinuisse dominatum annis 37. Est autem ager ille ubi nunc Roma sita est, post quem Faunus, ipsius Pici, Iovis etiam dicti, filius, annis 44 regnum moderatus est. Hunc Mercurium vocant nonnulli, cuius tempestate ex Hispania redux Hercules, in foro nomine Boario, Caci Vulcani filii nece victor aram exstruxit; post Faunum ex eorumdem sensu annis 35 regnavit Hercules, deinde Latinus annis 36, cuius anno 3 Aeneas Ilio adveniens, inita cum illo armorum societate adversus Rutulos dimicans Turnum interfecit, et Laviniae Latini regis filiae coniugio copulatus, urbe coniugis nomine condita, in ea regni sedem posuit et post Latinum toti regioni annis tribus imperavit. Aeneam annis octo quidam regnasse affirmant, alii quatuor, reliqui ab obtento Latinorum regno, post exactos in bellis continuis annos novem, aliis duntaxat tribus sceptra tenuisse testantur, atque ita excidii Troiani duodecimo vitam finiisse. Caeterum qua ratione in Italiam primum adveniens Latinorum regno potitus fuerit, deque regibus duodecim per annorum quadringentorum spatium ad Romulum usque Romae conditorem, eo vivis erepto regiam sedem ordine consequutis, Romuli tempore dicenda reperies.

Aeneas excisa Troia Latinis imperavit annis 3, mundi vero 4340.

P. 172 *Σικυῶνος.*

Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος κτισθῆναι ὑπὸ Ἀζώρου καὶ Καρχηδόνος τῶν Τυρίων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.

Ἡρακλῆς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν, ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα νο' ἔτη, κατὰ δὲ ἄλλους υλ'.

Ἀδμάτα θυγάτηρ Εὐρυσθέως ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λη'. αἱ δ' ἀπὸ ταύτης τὴν ἱερωσύνην διαδεξάμεναι Φαλίδες ἐκαλοῦντο.

B *Πρίαμος υἱὸς Λαομέδοντος μετὰ τὸν πατέρα Τροίας καὶ Ἰλίου ἐβασίλευσε. τούτου παῖς Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Πάρις.*

Ἀμαζόνες κατὰ Ἀθηναίων ἐστράτευσαν.

Κάπρου Καλυδωνίου θήρα διὰ Μελεάγρου.

Μενέλαος Λακεδαίμονος ἐβασίλευσεν.

Ἀμαζόνες Πριάμῳ συνεμάχησαν.

Ἴλιον ἥλω τῷ φθινοπώρῳ πρὸ ιζ' ἡμερῶν τῆς χειμερινῆς τροπῆς.

Λυδοὶ οἱ καὶ Μαίονες ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ϟβ'.

C *Ἀθηναίων βασιλεῖς.*

V. 138 *Ἀθηναίων ι' ἐβασίλευσε Θησεὺς Αἰγέως ἔτη λα'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσξζ'.*

2. καρχηδῶνα et καρχηδῶνος B. ἀζώρου AB. Ἐζώρου G et Scaliger. p. 33. 6. Ἀδμάτα Heynius ad Apollodor. vol. II. p. 155. Legebatur *Ἀδάμαντα.* ἀδάματα B. 9. καὶ Ἰλίου om. G. 11. Ἀθηναίους G. 17. Ἀθηναίων m. Πρῶτοι Ἀθηναίων G.

Miscellanea.

Ab Ezoro et Carchedone Tyrils Carthaginem hoc tempore conditam scribit Philistus.

Hercules Olympicum certamen instituit. Ab eo ad Olympiadem primam anni 470, secundum alios 430 numerantur.

Adamanta Eurysthei filia sacerdotium Argis tenuit annis 38, quae sacerdotium susceperunt Phallides ab ea nuncupatae sunt.

Priamus, Laomedontis filius, patre mortuo regnum excepit; huius filius Alexander, qui et Paris, extitit.

Amazones bellum in Athenienses moverunt.

Apri Calydonii venatio a Meleagro suscepta.

Menelaus Lacedaemone regnavit.

Amazones Priamo opem tulerunt.

Ilium autumno, diebus nimirum ante tropicum hibernum septendecim, captum est.

Lydii, qui Maeones, maris imperium tenuerunt annis 92.

Primi Atheniensium reges.

Atheniensium rex 10 Theseus Aegei filius annis 31, mundi vero 4267.

Θησεὺς Ἑλένην ἥρπασεν, ἣν αὖθις ἀπέλαβον οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, τὴν μητέρα Θησέως αἰχμαλωτίσαντες ἀποδημοῦντος τοῦ Θησέως.

Θησεὺς Ἀθηναίους κατὰ χώραν διεσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγών, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη, αὐτὸς πρῶτος θεὶς τὸν νόμον.

Θησεὺς ἔφυγεν ἀπὸ Ἀθηνῶν.

Ἀθηναίων ια΄ ἐβασίλευσε Μενεσθεὺς Πετεῶ τοῦ Ὀρνέως τοῦ Ἐρεχθέως ἔτη λγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσλη΄. D

Ἐπὶ τούτου ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος συνέστη ἕνεκα μήλου χρυσοῦ, ὃ κάλλους ἔπαθλον ἦν γυναικῶν τριῶν, ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν προτεθείσης Ἑλένης τῷ κριτῇ. βουκόλος δ' οὗτος ἦν Ἴλιεὺς, ὡς ἡ κωμῳδία.

Μενεσθεὺς οὗτος Ἕλλησι κατὰ τῶν Τρώων συνεμάχησε.

Τούτου τῷ λγ΄ ἔτει Ἴλιον ἥλω· ἐπανιὼν δὲ ἀπὸ Τροίας ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ τελευτᾷ.

Ἀθηναίων ιβ΄ ἐβασίλευσε Δημοφῶν Θησέως ἔτη κγ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτλα΄. P. 173

Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ Ὀδυσσέα καὶ Ὀρέστην.

8. πετέω B. 9. Ἐρεχθέως] ὀρεχθέως A. 10. συνέστη ἕνεκα Scaliger p. 33. συνέστησεν καὶ A. συνέστη ἕνκαι B. συνέστη καὶ G. 11. δ B. ὃν G. ὑπὸ] ὑπὲρ πάσας m. 12. Post βου — ex B exciderunt folia duo, quae pertinuerunt usque ad ,δχκθ΄ p. 177 b. 12. ὡς ἡ κωμῳδία seclusit Scaliger. Et videndum ne τραγῳδία scribi praestet: nam tragicos potius quam comicos in hac re commemorari consentaneum est.

Theseus Helenam rapuit, quam postmodum absente Theseo et eius matre facta captiva, Castor et Pollux fratres receperunt.

Theseus Athenienses per agros prius dispersos in unum, hoc est civitatem unam, collegit; primus etiam populi suffragiis in exsilium pulsus, cum ipse primus exostracismi, id est, inferendi exsilii, instituta lege, auctorem se praebuisset.

Theseus Athenis exsul discessit.

Atheniensium rex 11 Menestheus, qui et Peteo, Ornei Erechtheique avi filius, annis 33, mundi vero 4298.

Huius tempore expeditio in Troiam suscepta mali aurei gratia, quod elegantium forma mulierum trium contentionis praemium extitit, reliquis una earum Helena a iudice praeposita. Ille vero bubulcus erat Iliensis, prout fert acta de hoc comoedia.

Menestheus iste Graecis in Troianos suppetias tulit.

Anno eiusdem 33 Ilium captum est; Troia vero rediens in Melo insula defunctus est.

Atheniensium rex 12 Demophoon, Thesei filius, annis 23, mundi vero 4331.

Eius tempore, quae Ulyssem et Orestem spectant, gesta.

Αἰνείας τε ἐβασίλευσε Λαβινίου.

Τὰ κατὰ Ὀδυσσέα καὶ Σκύλλαν καὶ Χάρυβδιν καὶ Σειρῆνας.

Ἀθηναίων ιγ' ἐβασίλευσεν Ὀξύντης Δημοφῶντος ἔτη ι'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτνδ'.

Ἀθηναίων ιδ' ἐβασίλευσεν Ἀφείδας ἔτος ἕν· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτξε'.

Σποράδην.

B Ἡσίοδός τε ἐγνωρίζετο, ὃν Ἔφορος ἀνεψιὸν καὶ σύγχρονον Ὁμήρου φησί.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ.

Σαμψὼν ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη κ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δσϟ'.

Τῷ Ἰσραὴλ καταπονουμένῳ καὶ πρὸς θεὸν ἐπιστρέψαντι δίδοται Σαμψὼν τῷ Μανωὲ ἐκ φυλῆς Δὰν, ἀγγέλου χρηματίσαντος τῇ μητρὶ στείρᾳ οὔσῃ, ὃς γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς ἐρᾷ γυναικὸς ἐν Θαμναθὰ ἀλλογενοῦς. κατιὼν δὲ πρὸς μνηστείαν αὐτῆς σὺν C τοῖς γονεῦσι λέοντα χερσὶ διασπᾷ, οὗ τῷ προβλήματι τριάκοντα στολὰς ἀλλοφύλοις ἐν συμποσίῳ καταδικάζεται δοῦναι, γυναικὸς ἀπατηθείς, ἃς καὶ ἀποδοὺς, ἀνελὼν λ' ἀλλοφύλους εἰς Ἀσκάλωνα ἀνεχώρησεν ὀργιζόμενος. ἀλλόφυλοι δὲ τὴν αὐτὴν γυναῖκα τῷ

1. Vulgo *Λαβηνίου*. 3. *ὀξύντης δημωφόωντος* A. *ὁ Ζύντις Δημοφόωντος* G. 5. *ἀφιδᾶς* A. *Αφειδᾶς* G. 6. *δτξδ'* m. 7. *Σποράδην* addidi ex A. 9. *ὁμήρου* A. *ὁμοῦ* G. 11. *ἦν ἔτος*] Legebatur *ἔτη*. 12] Iudic. cap. XIII. 13. *τῷ* A. *τοῦ* G. 14. *ὃς* A. *ὡς* G. 15. *Θαμναθὰ* A. *Θαμνατᾷ* G. 16. *διασπάσας οὕτω προ*— G. Correctum ex A. 19. *ἀνεχώρησεν* A. *ἀνεχώριζεν* G.

Aeneas regnat Lavinii.

Gesta Ulyssis circa Scyllam, Charybdim et Sirenes.

Atheniensium rex 13 Zyntis, Demophoontis filius, annis 10, mundi vero 4354.

Atheniensium rex 14 Aphidas anno uno, mundi vero 4364.

Hesiodus florebat, quem Ephorus nepotem et sibi coaevum celebrat.

MUNDI ANNI.

Sampson iudicavit Israël annis 20, mundi vero 4290.

Populo Israël servitutis calamitate oppresso et ad deum reverso, Sampson filius Manoe ex tribu Dan liberator conceditur. In lucem editum et educatum, mulierem alienigenam deperiturum matri sterili angelus praedixit. Ad puellam deinde ducendam in Thamnata cum parentibus profectus Sampson obvium leonem manibus discerpsit; dubiisque et aenigmatibus convivantium coetui propositis, ab uxore deceptus, vestium triginta alienigenis compotatoribus dandarum mulcta damnatur; vestes quidem ex condicto solvit, verum alienigenis viris triginta occisis ereptas; quo perpetrato iracundia motus Ascalonem secessit, ab alienigenis eius amasia in rivalis

ἀντεραστῆ παρέσχον. ὁ δὲ τὰς ἀλώπεκας θηράσας καὶ κέρκον πρὸς κέρκον δήσας τάς τε ἀρούρας καὶ τοὺς ἀμπελῶνας αὐτῶν ἐνεπύρισεν, ἡνίκα ἀλλόφυλοι κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἀνελθόντες ἔλαβον δέσμιον καλωδίοις, ὃς τὰ καλώδια περιρρήξας ὄνου γνάθῳ χιλίους αὐτῶν ἀνεῖλε καὶ δίψει περικαεὶς εὐχῇ τῇ πρὸς θεὸν πηγὴν D ὕδατος τὸν τῆς σιαγόνος ὀλμόν. ἄλλῃ δὲ φιλωθεὶς ἐν Γάζῃ ἔνδοθεν ἐδόκει φρουρεῖσθαι περικλεισάντων αὐτῷ τὰς θύρας τῆς πόλεως τῶν ἀλλοφύλων, ἃς περὶ μέσας νύκτας ἀναλαβὼν ὤμοις σὺν μοχλοῖς καὶ σταθμοῖς ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους ἀπέθετο. τρίτῃ δὲ τῇ Δαλιδᾷ γυναικὶ συναπαχθεὶς καὶ τὴν ἐπὶ τῆς κόμης αὐτοῦ θείαν ἰσχὺν ἐξειπὼν ὑπ' αὐτῆς κείρεται καὶ ἀλλοφύλοις προδοθεὶς τυφλοῦται ἐν μύλωνι πεπεδημένος καθειρχθείς, οὗ τὴν ἄλωσιν μετά τινα χρόνον ἑορτάζοντες, τῶν τριχῶν αὐτῷ ἐξανθούσῶν ἤδη μικρὸν προήγαγον παίζειν αὐτὸν κελεύσαντες. ὁ δὲ τοῖς κίοσι διὰ τοῦ χειραγωγοῦντος αὐτὸν ἐπιστηριχθεὶς εὐξάμενος παρὰ θεοῦ τὴν κατ' αὐτῶν ἐκδίκησιν, τούς τε ἐν τῷ οἴκῳ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεγῶν ἀνιόντας ἀμφὶ τοὺς γ' κατέχωσε, ἐπισπασάμενος τοὺς κίονας καὶ συνδιαφθαρεὶς αὐτοῖς· ὃν ἔθαψαν οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ γονεῖς κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη κ'. V. 189 P. 174

Τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ πρῶτον ὑφ' Ἡρακλέους ἀγῶνα ἀπὸ τοῦ

4. περιρῆξας A. 5. δίψει A. διψῇ G. 6. ὀλμόν] λάκκον Iudic. XV, 19. ἔσχεν add. m. φιλωθεὶς] φιλλωθεὶς A. φή. ἀλωθεὶς G. ἐν Γάζῃ] Iudic. XVI. 8. τῶν add. A. 10. τῇ add. A. 11. αὐτοῦ add. A. 12. μύλωνι A. μύλῳ G. 13. αὐτῷ A. αὐτοῦ G.

sinum traducta. Venatus ille vulpes non paucas cepit, earumque caudis ad invicem colligatis, agros hostium et vineas igne succenso vastavit. Propterea alienigenae bello in Israël moto rudentibus vinctum ceperunt; quibus disruptis et concisis asini mandibula hostium mille homines delevit; sitique subinde exustus, precibus ad deum fusis, uberem aquae fontem ex mandibulae foramine eduxit. Gazae detentus et occlusis ab alienigenis civitatis portis vigilanter custoditus, mediae noctis silentio, portas loco disiectas et cum vectibus et postibus humeris sublatas in monte deposuit. Dalidae tandem nomine uxoris tertiae forma captus, evulgata, quae comae inerat divina virtute, a muliercula tondetur et alienigenis traditus oculis mulctatur et ad molam revinctus sub custodia detinetur; de cuius captivitate post breve temporis spatium solemne festum acturi, capillis nonnihil iam repullulantibus, in medium velut in scenam productum, ludicrum spectaculum exhibere coegerunt. Ille ductoris ope columnis manu apprehensis innixus, de hostibus ultione a deo precibus expetita, cunctos sive intra domus claustra sive ad supremi solarii fastigia sedentes, virorum nempe tria millia concussis columnis obruit aedium ruina, eodem cum eis leti genere involutus. Mortuum fratres et parentes tradiderunt sepulturae, postquam annis 20 Israël iudicasset.

Certamen primum Olympicum sub Sampsonis annum primum ab Her-

πρώτου ἔτους Σαμψών, ἀριθμὸν εὑρήσεις ἔτη υλ' ἕως πρώτης ὀλυμπιάδος.

B Ἀναρχίας καὶ εἰρήνης ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτί'.

Τὰ κατὰ τὸν Μιχᾶ, ὃς ἐποίησε γλυπτὸν καὶ Ἐφοὺδ καὶ οἶκον τῷ θεῷ, καὶ ἱερέα κατέστησεν, ὃν οἱ χ' ἐκ φυλῆς Δὰν ἐλθόντες ἔλαβον, ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἦν. καὶ τὰ κατὰ τὴν γυναῖκα τὴν μελισθεῖσαν, καὶ ὁ κατὰ τῆς φυλῆς Βενιαμὶν πόλεμος, ἔνθα ζῇν τὸν Φινεὲς υἱὸν Ἐλεάζαρ λέγει ἡ γραφή. τὰ περὶ τῆς μελι-

C σθείσης γυναικὸς ἐν Γαβαών, καὶ τὸν πόλεμον τῶν ια' φυλῶν πρὸς τὴν φυλὴν Βενιαμὶν, μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰησοῦ φησιν Ἰώσηππος εὐθέως, καὶ ὁ κατὰ τὸ τέλος τῶν κριτῶν, πολλῆς διαφωνίας οὔσης περὶ τῶν χρόνων τῶν ἀπὸ Μωϋσέως ἕως Ἠλεὶ ἱερέως.

Τὰ μὲν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πρεσβυτέρων ἡ γραφὴ παρεσιώπησεν. ἡ δὲ ἄγραφος συνήθεια τοῦ μὲν Ἰησοῦ κζ', τῶν δὲ πρεσβυτέρων ιη' παρέδωκε· καὶ οὕτω σχεδὸν πάντες ὁμοφωνοῦσιν. Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ Καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων οὐ παρέλαβεν, ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ' αὐτοῖς ἀπένειμεν, ᾧ πλεῖστα κατεγκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος ὡς μεγάλα, φησὶ, διαμαρτόντι

D καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι, πρὸς τούτοις ἄλλα σ'

1. καὶ ἀριθμὸν m. υλ'] υλς' m. 4. Μιχᾶ] Μιχαίας hominis nomen est Iudic. cap. XVIII. Ἐφοὺδ Iudic. 10. Ἰώσηππος] Antiq. V, 2. 12. ἕως add. m. τοῦ add. A. 14. μετὰ αὐτῶν A. 18. ᾧ] ὡς A. 19. κατεγκαλεῖ A. ἐπεγκαλεῖ G. διαμαρτόντι A. διαμαρτάνοντι G. 20. ἐπικεχειρικότι A.

cule celebratum reperies, unaque ad Olympiadem primam annos 435 numerabis.

Interregni et summae pacis anni 40, mundi vero 4310.

Michaeas, qui sculptile conflavit et Ephod aedemque deo et sacerdotem instituit, quemque tribus Dan sexcenti viri agentes iter secum abduxerunt, his temporibus vivebat. Res circa mulierem in frusta divisam gestae. Bellum tribui Beniamin illatum, quo Eleazari filium inter vivos extitisse affirmat scriptura. Quae mulieris membratim conscissae gratia in Gabaon gesta sunt, bellum quoque undecim tribuum adversus Beniamin domum post Iesu mortem confestim subiicit Iosephus, ac pariter ea quae ad libri Iudicum calcem posita sunt; de spatio quippe inter Mosen et Heli statuendo non levis est inter auctores discordia.

Annos quidem Iesu filii Nave, et qui secuti sunt seniorum, conticuit scriptura, traditio vero scriptis haud exarata Iesu 27, senioribus 18 annos impertitur, et hac arte dissonae ab invicem sententiae in concordiam revocantur. Seniorum annos Eusebius Caesariensis solus in numerum haud retulit; eisdem vero annos 30 assignavit Africanus, quem pluribus insequitur Eusebius, ceu lapsum in errorem, et negotium vires proprias superans aggredi ausum; quodque demum annos 70, interregni nimirum 40 et triginta

ἔτη, μ' μὲν τὰ τῆς ἀναρχίας, λ' δὲ τὰ τῆς εἰρήνης οἰκοθεν παρεμβαλόντι, τὰ ὅλα ρ'. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀφρικανὸς περὶ τούτων ὡς διαφωνουμένων ἐν τέλει τοῦ ε' λόγου καθομολογεῖ.

Ὁ δὲ Εὐσέβιος τὰ παρὰ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν κριτῶν ἔτη νν' συστῆσαι βουληθεὶς συνεχρήσατο τούτων τισὶ, διαπορεῖ μέντοι λέγων τὰ μετὰ τὴν Μωϋσέως τελευτὴν ἄλλως κεῖσθαι μέχρι Σολομῶνος καὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν βασιλειῶν. λέγει γὰρ „καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ νμ' ἔτει τῆς P. 175
ἐξόδου τῆς ἀπ' Αἰγύπτου ἤρξατο οἰκοδομεῖν Σολομὼν τὸν ναόν." τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν „καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ υ'. καὶ π' ἔτει." ταῦτα δὲ, φησὶν, οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι ἀκριβῶς συνάγεσθαι ἔλεγον μόνης τῆς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κριτῶν χρονοκρατίας ἀριθμουμένης καὶ μὴ λογιζομένης ἰδίως τῆς τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ τῆς τῶν κριτῶν συννοουμένης· ὅπερ οὐ συνᾴδει τῇ ἱερᾷ τῶν κριτῶν βίβλῳ. τόν γε μὴν ἱερὸν ἀπόστολόν φησιν νν' ἔτη τῶν κριτῶν οὐκ ἀκριβολογούμενον εἰπεῖν, ἀλλ' ἐκδοχῇ κοινοτέρᾳ. ἐὰν οὖν κατὰ τὸν ἀπόστολον τὰ τῶν κριτῶν νν' ἔτη καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μ' ἔτη B
Μωϋσέως Ἰησοῦ τε κζ' καὶ τῶν μετὰ Ἰησοῦ πρεσβυτέρων ιή', V. 140
καὶ ἔτι Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως κ', Σαμουὴλ κ' καὶ Σαοὺλ μ', Δαβὶδ τε μ' καὶ Σολομῶνος δ' συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χνθ', κατὰ δὲ

1. μ' m. τε μ' G. 4. ἀποστόλῳ] Actor. XIII, 18. 6. τὴν A. τοῦ G. 8. τρίτῳ] Cap. VI. 18. Immo μετὰ Ἰησοῦν. 20. Σολομῶνος] Vulgo Σολομῶν.

pacis, et universim centum annorum summam interposuerit, reum omnino traducit. Africanus certe de istis quasi plenam consensionem ad invicem non continentibus rationem reddit et oppositionem fatetur ad libri 5 calcem.

Eusebius autem memoratos a divino apostolo penes actuum librum Iudicum annos 450 stabilire ac ratos haberi cupiens, ex eius dictis quibusdam errorem passus est. Enim vero annos a Mosis morte ad Salomonem et templi instaurationem alio pacto Regum libro tertio consignatos dicens, in magnam animi angustiam incidit. Ait quippe: „et factum est in anno 440 profectionis ex Aegypto coepit Salomon aedificare templum." Hebraicus autem textus: „et factum est 80 supra 400 anno." Annos autem istos, ait, Hebraeorum doctores accurate colligi, solius Israël iudicum regiminis ratione habita, non ita infidelium dominatus spatio separatim aestimato, sanxerunt; quod sane sacro Iudicum volumini nulla tenus consonat. Enim vero sanctum apostolum Iudicum scriptis serio vel diligenter non attendisse, sed vulgata inter homines traditione abductum de annis 450 sententiam pronunciasse affirmat. Recensitis ergo ex apostoli decreto iudicum annis 450, aliisque 40, Mose per desertum duce exactis, si Iesu rectore alios 27, sub senioribus Iesum sequutis 18, sub Heli sacerdote 20, sub Samuele 20, alios regni Saul 40, David 40 et Salomonis tandem quatuor priores composuerimus; integrum a profectione ex Aegypto spatium ad templi instau-

Εὐσέβιον χ', καὶ κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ'. καθ' ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν τούτων ἀριθμὸν αἵ τε ἐκ φυλῆς Ἰούδα αἵ τε ἐκ φυλῆς Λευὶ διαγενόμεναι γενεαὶ ἢ καὶ μεριζόμεναι, ἀπίθανον
C ἔξουσι τὴν παιδοποιίαν. ἀπὸ γὰρ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ιδ'. τούτων ἐνάτη ἦν ἐπὶ Μωϋσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθ' ἣν ἐγνωρίζετο Ναασσὼν υἱὸς Ἀμιναδὰμ ἄρχων φυλῆς Ἰούδα, οὗ τὴν ἀδελφὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀρχιερεὺς ἔγημεν· ὃς ἐν τῇ ἐρήμῳ τελευτᾷ. ἀπὸ Ναασσὼν δὲ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ ε' οὗτος· Σολομὼν υἱὸς Ναασσὼν, ὃς ἠγάγετο Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἐπὶ Ἰησοῦ, ἐγέννησε τὸν Βοόζ. Βοὸζ δὲ τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ, Ὠβὴδ δὲ τὸν Ἰεσσαὶ καὶ Ἰεσ-
D σαὶ τὸν Δαβίδ· πῶς οὖν δυνατὸν τὰς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Μωϋσέως θ' διαγενέσθαι γενεὰς ἐν νο' ἔτεσι, πέντε δὲ μόνας ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν χ' ἔτεσιν ἕως Δαβίδ; ἔσται γὰρ ἕκαστος ρκ' ἐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς παιδοποιίας, ἵνα τὰ χ' τυχὸν ἐπ' ἴσης μερίσωμεν. οὐ μόνον δὲ αἱ ἐξ Ἰούδα ε' γενεαὶ ἀπὸ Ναασσὼν ἕως Δαβὶδ κολοβῶσαι τοὺς χρόνους τῶν νν' ἐτῶν ἀναγκάζουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἀρχιερατευσάντων ς' ἀπὸ Ἐλεαζάρου τοῦ ἱερέως καὶ Ἰησοῦ ἕως τὸν Σαμουὴλ χρόνοι ἥττονες ὀφείλοντες εἶναι. μετὰ γὰρ τὸν Ἀαρὼν καὶ Ἐλεάζαρ τὸν υἱὸν

2. ἀριθμῶν φησὶν Εὐσέβιος m. 3. Vulgo ἀπείθανον. 5. μωυσέως A. Μωϋσέα G. 8. οὕτως m. οὗτος G. σαλομὼν A. Σολομὼν G. Σαλμὼν m. 9. ῥαὰβ A. Ραὰμ G. 10. ὠβὴδ A bis. Οβὴδ G. 11. οὖν A. εἶναι G. 14. ἐπ' ἴσης] ἐφίσης A. ἐξ ἐφίσης G. Voluit fortasse ἐξ ἴσης. 16. κολωβῶσαι (sic) A. κολοβῶσθαι G. 19. ὀφείλοντες A. ὀφείλουσιν G.

rationem annis 659, secundum Eusebium 600, ex Africani mente supra 740 conflabitur. Verum posito quocumque trium istorum numero, inquit Eusebius, productae per seriem sibi propriam sive tribus Iuda sive tribus Levi generationes, aut etiam per spatia sua divisae, non probanda penitus aetate ad procreandam sobolem comperientur accessisse. Numeratis quippe ab Abraham ad David generationibus 14, ad earum nonam Moses inter vivos exstabat, cum Naasson videlicet tribus Iuda princeps agnoscebatur; cuius sororem Elisabet sacerdos supremus Aaron uxorem duxerat, quique in deserto e vivis excessit. A Naasson deinde usque ad David generationes quinque hoc pacto numerantur. Salmon filius Naasson, qui Raab meretricem coniugem accepit, Iesu tempore genuit Booz, Booz suscepit Obed ex Ruth, Obed pater Iessae extitit, Iessae vero David. His positis, ut ab Abraham ad Mosen generationes 9 annorum 470 spatio, solas vero quinque per annos solidos sexcentos succedant, quanam arte constabit? Singulos enim quosque annorum centum et viginti virili in aetate, qua proles suscipitur, oportebit esse provectos, ut ex aequo, si tamen res ferat, annos numero 600 distribuamus; quamvis non quinque modo generationes per Naasson ex Iuda ad David usque deductae ex annorum 450 summa partem maximam imminui expostulent; sed et eorum sex, qui ab Eleazaro sacerdote et Iesu usque ad Samuel per illa tempora pontificatum obierunt, aetates multo breviores constitui necesse est. Post Aaron enim et Eleazar eius filium pon-

αὐτοῦ Φινεὲς ἀρχιεράτευσε, μεθ' ὃν Ἀβιοὺδ, εἶτα Μοχθεὶ καὶ Ὀζεὶ καὶ Ἠλεὶ καὶ Ἀχιτώβ. ὥστε ἐκ πάντων δείκνυσθαι, φησὶν, ἀναγκαῖον τὸ ὑπεξαιρεῖν τὰς τοῦ Ἰσραὴλ δουλείας, ἤτοι τὰς τῶν ἀλλοφύλων ρκ', ἵνα καὶ αἱ γενεαὶ προσφόρως καὶ τὰ υμ' ἔτη ἀπὸ P. 176
5 τῆς ἐξόδου ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν καὶ Σολομῶνα, κατὰ τὴν τρίτην τῶν βασιλειῶν, συναντήσωσιν. ἐγὼ δὲ τῷ θείῳ Παύλῳ καὶ τῇ βίβλῳ τῶν κριτῶν ἕπομαι.

Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τέλους τῶν κριτῶν καὶ ἀρχῆς Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἔτη ,δσϟβ', κατὰ δὲ Εὐσέβιον τὸν Παμφι-
10 λου ,δμδ', κατὰ δὲ τὴν ἀκριβῆ καὶ εὐαγγελικὴν παράδοσιν καὶ τόδε τὸ χρονογραφεῖον ,δτνβ'. τὰ δὲ νν' ἔτη τῶν κριτῶν κατὰ τὸν θεῖον Β
ἀπόστολον ἀπὸ τοῦ ,γϡβ' ἔτους τοῦ κόσμου ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἠλεὶ πληροῦται, ἑνὸς ἔτους ὑπολειπομένου. ὅπερ Ἀφρικανὸς τὸν Σεμέγαρ λέγει κρατῆσαι τὸν Ἰσραὴλ τῆς γραφῆς οὐκ εἰπούσης χρόνον.
15 Ἠλεὶ ἱερεὺς ἡγήσατο τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη κ' κατὰ τοὺς ο', κατὰ δὲ V. 141
τὸ Ἑβραϊκὸν, ᾧ καὶ Εὐσέβιος ἠκολούθησεν, ἔτη μ', καὶ οὐχ οὕτως ἐπαγγειλάμενος. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δτν'. C

Τελευτήσαντος Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἡ κιβωτὸς ὑπὸ ἀλλοφύλους γίνεται, καὶ μετὰ ταῦτα ἄγεται εἰς οἶκον Ἀμιναδὰμ ἔτη κ'.

1. ἀρχιεράτευσεν A. ἀρχιερατεύσας G. 3. ὑπεξαιρεῖν] ὑφαιξαίρειν A. ὑφεξαίρειν G. 4. υμ'] υπ' m. 5. ἐπὶ A. ἕως G. 7. βίβλῳ τῶν κριτῶν A. τῶν κριτῶν βίβλῳ G. 11. Vulgo χρονογράφιον. δτν' m. 12. Vulgo *Hli.* 13. ὅπερ] ὁ δὲ m. Σεμέγαρ] Vulgo Σεμεῖ γὰρ. Σαμεγὰρ m. 19. ἀλλοφύλους A. ἀλλοφύλων G. 20. Αμιναδὰβ m.

tificatum obtinuit Phinees, cui successit Abiud, deinde Mochtei, tum Ozi, mox Heli et Achitob; adeo ut, inquit, Israël servitutes, hoc est alienigenarum imperia annorum viginti supra centum demonstrentur subducenda, ut tum generationes praefatae, cum etiam anni 480 ab Aegypti discessu ad Salomonem usque, et templi conditum Regnorum libro tertio descriptum numerandi congruenter et ex aequi norma ad invicem sibi comparentur. Ego vero divini Pauli Iudicumque libri auctoritatem sequutus adversam tueor sententiam.

